

7431

1366 oktober 6

Avignon

Urban V bifaller supplik av den utvalde biskopen Henrik i Åbo om att preposituren i Åbo, som blir ledig vid Henriks invigning till biskopsämbetet, och som tillsättes vid den apostoliska stolen, må reserveras för kaniken Johannes Petri utan hinder av att han innehar kanonikat och prebenda i Västerås domkyrka samt Tenala sockenkyrka, vilken senare han dock är beredd att avträda.

Reg. Supplic. 46, fol. 318 v, Vatikanark., med stiftsbokstaven A i ytterkanten och i inre marginalen: pro camera.
Tryck: FMU I (1910), s. 314–315, nr 751.

Supplicat sanctitati vestre deuota creatura vestra henricus electus Aboensis / *quatenus* sibi specialem gratiam facientes 'in personam dilecti sui *Johannis* Petri canonici prebendati ecclesie Aboensis preposituram eiusdem ecclesie que dignitas est cuius fructus redditus et prouentus decem marcharum argenti non excedunt / cum per munus consecracionis impendente eidem henrico electo uel alio quouis modo vacantem / eciam apud sedem apostolicam conferendam dicto *Johanni* dignemini reseruare / Non obstante quod canonicatum et prebendam in ecclesia Arosiensi obtinet / quorum fructus decem florenos non excedunt / ac parrochiam ecclesiam de Tenala Aboensis diocesis quam paratus est dimittere postquam etc. Et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis · Fiat · B · Sine alia lectione · Fiat · B ·

Datum Auinione Pridie Nonas Octobris Anno Quarto ·

7432

1366 oktober 6

Avignon

Urban V providerar kaniken Johannes Petri i Åbo på utvalde biskop Henriks bön med den av biskopen ännu innehavda men efter hans invigning lediga preposituren vid Åbo domkyrka. Domprosteriets avkastning överstiger icke 10 mark silver årligen. Provisionen undanröjer alla rättsliga hinder, bl. a. att Johannes redan innehar kanonikat och prebendor vid domkyrkorna i Västerås och Åbo samt Tenala sockenkyrka, vilken sistnämnda han dock skall avträda, när han kommit i besittning av domprosteriet.

Härom underrättas de utsedda exekutorerna: biskopen av Ösel, domprosten i Uppsala och kaniken Eckardus de Derschen i Mainz.

Avskrift (av samma hand som ms till SD 7430) i Reg. Auin. 162, fol. 264, Vatikanark.

Rubrik: *Johannj* Petrj prouidetur de prepositura ecclesie Aboensis fol. 9 v ibidem.

Tryck: W. Tawaststjerna, *Muutamia tietoja Vatikaanin arkistosta* (1898) i *Historiallinen Arkisto* XV, s. 347–348. FMU I (1910), s. 315–316, nr 752, där i not * till s. 316 även rubriken och en på texten i Reg. Auin. 162 fotad, sen regist är avtryckt.

Jfr A. Neovius, *Akter och undersökningar*, *Historiallinen Arkisto* XXIII: I: 3 (1912), s. 201.

Om Johannes Petri jfr SD 5256 och Ålands medeltidsurkunder I (1954), s. 49–50.

—
x

Dilecto filio *Johannj* Petrj canonico Aboensi Salutem etc. † Laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales / Cum itaque prepositura ecclesie Aboensis quam dilectus filius Henricus electus Aboensis tempore promocionis per nos facte de ipso ad Aboensem ecclesiam tunc vacantem obtinebat prout adhuc obtinet per huiusmodi promocionem et munus consecracionis suscipiendum ab eo in proximo vacare speretur Nos volentes tibi pro quo eciam idem electus asserens te dilectum suum nobis super hoc humiliter supplicauit premissorum intuitu gratiam facere specialem / teque in eadem ecclesia amplius honorare / preposituram

predictam que dignitas existit / cuiusque fructus ' redditus · et prouentus decem Marcharum argenti valorem annuum ut asseritur non excedunt cum illam · premissis uel alio quouis modo / eorum si apud sedem apostolicam preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit conferendam tibi cum omnibus iuribus et pertinencijs suis ' donacioni apostolice reseruamus / districtius inhibentes .. episcopo quj est pro tempore et dilectis filijs capitulo Aboensi / ac illi uel illis ad quem uel ad quos dicte prepositure collacio prouisio ' presentacio seu queuis alia dispositio pertinet communiter uel diuisim ne de dicta prepositura contra reseruacionem nostram huiusmodi disponere quoquomodo presumant · Ac decernentes exnunc irritum et inane si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari ♦ Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrarijs ' iuramento confirmatione apostolica uel quacumque firmitate alia roboratis Aut si aliquj super prouisionibus sibi faciendis de dignitatibus · personatibus uel officijs in ipsa ecclesia speciales uel de beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales apostolice sedis uel legatorum eius litteras impetrarint eiam si per eas ad inhibitionem reseruacionem et decretum uel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus in assecutione dicte prepositure te volumus anteferrj ' Sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem dignitatum personatum officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generarij Seu si eisdem episcopo et capitulo uel quibusuis alijs communiter uel diuisim a dicta sit sede indultum quod ad recepcionem uel prouisionem alicuius minime teneantur ' et ad id compelli non possint Quodque de dignitatibus personatibus uel officijs ipsius ecclesie ' aut alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collacionem prouisionem seu quamuis aliam dispositionem coniunctim uel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem · et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impedirj valeat quomodolibet uel differrj et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mencio specialis Aut si presens non fueris ad prestandum de obseruandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie ratione dicte prepositure solitum iuramentum dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes Seu quod in Arosiensi ^a et in dicta Aboensi ecclesijs canonicoatus et prebendas ac parrochialem ecclesiam de Tenela Aboensis diocesis ^a / quorum fructus decem florenorum auri valorem annuum ut asseritur non excedunt nosceris obtinere ♦ Volumus autem quod quamprimum vigore presencium dicte prepositure fueris possessionem pacificam assecutus prefatam parrochialem ^b ecclesiam quam extunc vacare decernimus omnino dimittere tenearis ♦ Nulli ergo etc. nostre reseruacionis inhibitionis constitutionis et voluntatis infringere etc. ♦ Datum Auinione · ij · Nonas Octobris Anno Quarto °

Jn eodem modo .. venerabili fratri .. Episcopo Osiliensi / et dilectis filijs .. preposito vpsalensi ac Echardo de Derse canonico Maguntinensi ecclesiarum / Salutem etc. ♦ Laudabilia probitatis etc. [usque] tenearis ^a / Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus · quatinus uos uel duo aut vnus vestrum per vos uel alium seu alios preposituram predictam per nos ut premittitur reseruatum cum illam ut prefertur uacare contigerit cum omnibus iuribus et pertinencijs suis / eidem Johannj auctoritate nostra conferre et assignare curetis inducentes eum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prepositure iuriumque et pertinenciarum predictorum / et deffendentes ^c inductum amoto ab ea quolibet detentore ac facientes ipsum uel dictum procuratorem pro eo ad dictam preposituram ut est moris ad-

mitti sibi que de ipsius prepositure fructibus red' ditibus prouentibus iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi ♦ Non obstantibus omnibus supradictis · Seu · si eisdem episcopo et capitulo uel quibusuis alijs communiter uel diuisim a dicta^b sede indultum existat / quod interdici suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes · plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem · Contradictores etc. ♦ Datum ut supra

^{a-a} Följer i ms felaktigt efter quorum fructus decem' non excedunt. ^b Tillagt i kar ten och insigne-
rat. ^c Följer på samma rad början av följbrevet. ^d teneatur ms. ^e Sic. ^f Följer över-
struket suum eius nomine in corporalem possessionem. ^g Följer ut. ^h Följer överstruket sit.

7433

1366 oktober 6

Avignon

Urban V uppmanar med cirkulärskrivelser ärkebiskoparna bl. a. i Nidaros och Lund och deras lydbiskopar att i sina kyrkor predika korståg och förmå folket att personligen deltaga däri eller lämna ekonomisk hjälp mot saracenerna och deras hjälpare turkarna, som endast få dagar, efter att konung Petrus av Cypern och bröderna i Johannithospitalet i Jerusalem erövrat Alexandria, tagit staden, och som nu hota Cypern och Rhodos och andra kristna transmarina besittningar, vilkas förlust vore den kristna tron till stort men och skulle tillintetgöra hoppet om det Heliga landets återerövring. Som belöning utlovas avlatsförmåner åt deltagarna i korståget i proportion mot deras insatser.

Ärkebiskoparna anmodas översända påvebrevet i en av dem besegrad notariell avskrift, som tillerkännes samma rättskraft som originalet, till envar av deras lydbiskopar.

Reg. Vat. 248, fol. 264 r-265 v, Vatikanark.

Regest: APD VII (1943), s. 136, nr 5482.

264 v ..^aVenerabilibus fratribus .. Patriarche Aquilegensi eiusque suffraganeis / Salutem etc. ¹..^aSu-
per custodiam vniuersi gregis dominici / licet insufficientibus meritis sollicitu¹ dinis gerentes offi-
cium periculis ouium Christi apostolicis remedijs debemus occurrere / illarum presertim que
sunt in luporum faucibus constitute / Sane in publicam noticiam credimus deuenisse / quod
quia carissimus in Christo filius noster Petrus rex Cipri illustris eiusque subditi / ac fratres hospi-
talis sancti Johannis Jerosolimitani pugiles Christi / et athlete fidei christiane / nonnullorum
fidelium adiuti auxilio / de apostolice sedis licencia aduersus Saracenos impios / Christi blas-
phemos / et hostes nominis christiani / detentoresque terre sanote ad christianos spectantis in
qua Saluator noster dei filius Jhesus Christus / dignatus est humani generis operari salutem /
ciuitatem Alexandrinam de manibus dictorum Sara¹cenorum / dextera domini cum eis faciente
uirtutem / vi a[r]morum^b ceperunt / licet postmo¹dum quod dolenter referimus / paucis diebus
eam potuerint retinere / ipsi Sara¹ceni / ac nephanda natio Turchorum inimicorum / et sedulo-
rum persecutorum fidei prelibate insulas Cipri / et Rhodi / aliasque terras / ad dictos regem et
fratre[s]^c / in ultramarinis pertinentes / minantur inuadere / de illisque delere quod absit glo-
riosissimum nomen Christi / Nos igitur considerantes / quod si occuparentur prefate insule et
terre per quas ad dictam terram sanctam / ad cuius recuperationem / pro eiusdem Saluatoris
reuerencia / et deuotione / ac honore fidelium / tota debet christianitas anhelare / quasi per quan-
dam scalam ha¹betur accessus auferretur spes recuperationis huiusmodi / et multi populi renati
fonte baptismatis perderentur / et in orientalibus partibus christianum nomen et gloria uerisi¹mi-
liter delerentur / aliaque^d pericula et detrimenta grauissima / et dedecus ac confusio occiden-
talibus fidelibus prouenirent / et propterea prouisione qua ualemus ad presens uolentes obstare